

V. Ora pro nobis beáte Pater Domínice. R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Fiat pax in virtúte tua. R. Et abundántia in túrribus tuis.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

PROTEGE Dómine fámulos tuos subsídiis pacis : et beátæ Maríæ semper vírginis patrocíniis confidéntes, a cunctis hóstibus redde secúros.

CONCEDE, quæsumus, omnípotens Deus : ut qui peccatórum nostrorum póndere prémimur, beáti Domínici Confessóris tui, Patris nostri, patrocínio sublevémur.

ECCLESIÆ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte : ut, destrúctis adversitáibus et erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte; et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

Pater noster. secreto.

